



1. Homines de nouo peccant, et fiunt odii, ac damnatione digni ob errores, et ob ignorantias, quas deponere non possunt, si in penam antique superbia, vel alterius peccati personalis, non retractati, a Deo permittantur.
2. Error contrarius iuri naturali v.g. nouum peccatum est formaliter, ac proprie tale, atque ad nouam poenam, damnationemque imputabile, quamuis nulla unquam cogitatio preceperit de obligatione precauendi illum, nec de obligatione agendi, omittendive aliquid ad eum precauendum.
3. Homo peccat peccato proprie tali, atque ad nouam poenam, damnationemque imputabili, quamuis in eo instanti nullum habeat auxilium vere sufficiens, siue ad sui peccati malitiam cognoscendam, siue ad illam voluntarie declinandam.
4. Voluntas concordans rationi erranti, nunquam est bona, laudabilis, aut meritoria.
5. Qui sequitur conscientiam errantem, qua iudicat v.g. esse a Deo preceptum, quod est vere ab eo prohibitum, nouum peccatum committit, non denominatiue duntaxat, sed proprie, ac formaliter tale, sepeque specie distinctum a peccatis precedentibus, quamuis de tali prohibitione nihil omnino cogitet, et de sui iudicij falsitate nulla omnino dubitatis, vel suspicio menti occurrat.
6. In hoc casu, et ex hac suppositione homo ita se perplexus, vt siue conscientiam sequatur, siue ab ea discordet, nouum peccatum committat, odio, ac damnatione dignum.
7. Post Tridentinum nullus Hæreticus excusari potest per ignorantiam.
8. Infidelis, vel Hæreticus, qui fidem prestat his, qui nondum sibi fide digni videntur, peccat credendo, et peccat non credendo.
9. Plerique ex Infidelibus, qui in erroribus nati, et educati, veras habent Sectas suas; et qui nunquam ullam



Caum, vel Legum prauitatem, aut malitiam praeuenerunt;
peccant tamen mortaliter, id credendo.

10. Plures Iudaei, et Haeretici, et si rationis compotes,
nequeunt in articulo mortis ad Deum conuerti, quia fides
necessaria est ipsis impossibilis acquisi breui tempore; ut
pote quae est ex auditu, et predicatione, et institutione cons-
tat, nec eorum sophismata in instanti tolluntur, et errores
deteguntur, et veritas manifestatur.

11. Omnes ignorantia Constitutionum Pontificum
sunt voluntaria, ac proinde nulla exensat a peccato.

12. Qui peccauit omitendo Caum, nihil cogi-
tans, sed prorsus immemor de publicitate festorum, et
ieiuniorum, quae eo die iudici a Parocho solent, peccat
mortaliter, dum postea non ieiunat, ignorans omnino esse
diem ieiunij.

13. Qui sibi certum, et demonstratum habens, simpli-
cem fornicationem non esse peccatum mortale, eam com-
mitteret, peccaret mortaliter, licet nulla ipsi inquam du-
bitatio, nec scrupulus, nec in particulari, nec in uniuersum
circa ignorantiam incurrendam reuertisset.

14. Sententia asserens, non peccati innoti conscien-
tiam operando sine ullo scrupulo, et remorsu, non
assequor, in quo discrepet ab errore perverso salutari qu-
emquam in sua Secta, si innoti eam, et Natura lumen
accurate uinat.

15. Quicumque peccauit mortaliter, tenetur
statim contriti, vel confitenti, ne postea per ignorantiam
delinquat.